

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Bernhard Barnstorff

**Johannes Barnstorffius ... Hodie Academiae Rector Ad Exeqvias ... Domini  
Henrici Ernesti de Cramm Eqvitis Megapolensis Sacrae Theologiae Studiosissimi  
A Meridie Freqventandas ... invitat**

Rostochii: Wepplingius, [1702]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747207658>

Druck    Freier  Zugang



Barnstorffius, J.,

in H. E. de Cramm,

R.(1702.)

57.








*66.*

# JOHANNES BARNSTORFFIUS

U. J. D. AC P. P. HODIE  
ACADEMIAE RECTOR

AD EXEQVIAS  
GENEROISI atq; PRÆCLARISSIMI DNI.  
DOMINI

# HENRICI ERNESTI de CRAMM



Rostochii, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typegr.

*51.*



On fine magna animi ægritudine extremum hodie officium persolvo Generoso atque præclarissimo DNO. DR CRAMM, generis nobilitate ac Studiorum glòria, dum viveret, florentissimo.

Hujus enim *Viri Juvenis* præmaturæ morti eo gravius indoleo; qvia præter vulgarem Academicæ civitatis conditionem præcipuum solertiæ pietatisqve exemplum dedit. Ipsi jam apud mentem vestram penitus judicate; ego qvid sentiam in illa optimi civis, ac solertis studiosi, ac homin's pii, ac Nobilis Theologia addicti jactura? Haud mihi absimilis inter vos est conversatio, qvasi inter medias arbores in spem seculi satas, ac largam messem pollicentes procederem. Hic lane quoties turgida aut vehementior Spiritus hoc.

ce

ce nemus meum DEO ac literis Sacrum divellit,  
confundit, disjicit; non leviter ipse commoveor.  
Ast, si arbores cadunt, si ex imis eruuntur, si in-  
superabili iectu prosternuntur; id nimis triste spe-  
ctaculum est. Neque enim ullus spei gradus est,  
unde difficilis dejiciamur; quam si ipse eventus  
jam radices egit, si rerum documenta succrescunt,  
& ipsius complementi praeludia conspectui nostro  
fese insinuant. Qualis eqvidem mihi multis mo-  
dis deprædicanda, & qvotqvot nostratem hunc in-  
timius noverunt, qvotidie perspecta fuit DNI. de  
CRAMM conditio ac indoles. De qua dubito  
an satis honorifice ac digne scripturus sim; id au-  
tem compertum jam habeo, nihil hic nimis fore.  
Qvod si enim de absentibus pietas, de mortuis  
æqvitatis bene loquendi officium postulat; eo qvod  
neutri calumniam retellere, mortui ne qvidem re-  
scire possunt: hic certe nihil laudis ac honoris  
desiderari merito patiar. Nam ita vixit *beatus*, ut  
de vivo omnes optime senserint: qvid jam erit, ubi  
beate defuncto majori pietatis contentione bene-  
dicendum est? O utinam eas laudes, qvibus TU-  
AM, sancta mens, memoriam proseqvimur, etiam  
diutiis inter vivos usurpasses; O utinam Tua  
causa Patres Academiæ, qvæ vota ac bona omina  
animis concepta habebant, prius explicare; Tu  
autem explicata non explere tantum, sed superare  
potuisses! Extant jam in valvis publicis vestigia  
programmatum, qvæ generosorum Theologo-  
rum vita ac morte Celebrium laudes repræsentan-

A 2

runt

runt; eadem & Tu tempora præstolari debuisses,  
antequam ex nostra Academia commigrares. Cur  
enim illa honorum ac gloriæ via TE non cepisset?  
cur cathedra Academiæ ac Ecclesiæ non pro orna-  
mento olim habere potuisset; cum in utraq; jam  
satis solerter constiteris? Enimvero cum ipso  
generis splendore generosam menti Tuæ indolem  
tuuisse congenitam, Tuus ad altiora progressus & ad  
summa eventus manifesto indicio commonstra-  
vit. Qvocunq; enim me verto, laudis plenam  
ominino materiam deprehendo, qvæ mihi ad præ-  
sentis Scriptionis argumentum sufficit. Qvod  
si enim ab origine beate defuncti exordium capio,  
præcipuum in ipso laudis nomen est, qvod ipse  
nobili stirpe progenitus nascendi nobilitatem vir-  
tutis ac doctrinæ augmentis subinde promoverit.  
Natus autem est WANGELINI, qvod satis ce-  
lebre est nostræ Megapoleos prædium A. 1678. die  
3. Junii. Longam vero avorum proavorumq;  
seriem recensere, haud scio an præsentis locie esse  
qveat; eo qvod ipse noster tantum nomen sua  
meruit sive industria, sive virtute; qvantum exqui-  
sitissimo sufficit encomio. Accedit, qvod nobi-  
lissimam ipsius gentem nunc ab imo repetere non  
liceat; eo qvod mors ipsius præmatura non modo  
spem communem, sed accuratam de ejus majori-  
bus notitiæ copiam nobis præripuit. Satis pro-  
inde fuerit, hic nominasse parentem ejus Generosiss.  
JOACHIMUM ERNESTUM de Crain/Hæredit.  
in Wangelin militaris qvondā cohortis præfectū  
in

in Luneburgensi principatu stipendia facientem &  
summa dignitate conspicuum. Qui nostratem ex  
ANNA MARGARETHA de Teſſen/genuit,  
& cum ipso singulare nobilitatis monumentum re-  
liquit. Si in externo splendore aliquid præcipue  
laudis, si quicquam ingenuæ recumberet gloriae;  
nunc eqvidem prolixior forem in progenie ipsius  
enarranda. Cui negotio feliciter pertexendo si  
opera danda foret, paternam certe originem ex  
gente nobilissima apud Luneburgenses, Jam inde  
ab A. 1366, uti ex publicis monumentis constat,  
inlyta; maternosque natales ex celeberrima in-  
ter equestrem Megapoleos ordinem familiâ  
promtissima ratione deducerem. At quid est pa-  
ternarum virtutum gloria; quid alieno labore pa-  
ratum nomen; Siveram reqviras nobilitatem?  
Quæ uti genuino ordine transiit ad beate defun-  
ctum, ita cum ipso Sanguine cumqve proiecta  
ætate semper magis fuit Conspicua ac memoran-  
da. Ubi illud admodum leve ac quotidianum vi-  
deri potest; qvod primitias ætatis ac studiorum  
eo converterit, ubi talis ætas atqve conatus quam  
maxime proficiunt. Sverini nempe, quæ haęte-  
nus principalis Sedes est Megapoleos, trivialis  
Scholæ doctores non minori studio, quam usu au-  
divit. Neqve est qvod hic industriæ argumenta  
reqviram, cum eosqve processerit ibidem, ut ma-  
gna cum laude in ipsos Academiac recessus pene-  
trare feliciter potuerit. Facere non possum, qvin

manu qvasi deductus, hic viam illis monstrem;  
qui vel nascendi conditione, velqvacunq; alia neces-  
sitate ad artium studia compulsi, ultra solum ac  
inane dilcendi propositum ne latum, qvod ajunt,  
ungvem procedunt. Cogitent illi, si rarioris sit  
eventus nobili gente ortos, literarum gloriam se-  
&tari; qvotidianum utiqve esse debere, ut alii te-  
nuem nativitatem doctrinæ ac virtutis emolumen-  
to compensent. Nihil est, mea Sententia, qvod  
æqve ad laudem Dni. de CRAMM spectare  
existimen, qvam qvod ille aut Splendorem aulæ,  
aut militiæ gloriam, aut reliqvas nobilium homi-  
num accessiones, sibi ultro obvias sponte omise-  
rit, studiisqve mentem dederit; & qvod magis est  
Sacræ Theologiæ operam Suam conlecrarit: Qvod  
qvanta factum fuerit industria, qvanto ad Supre-  
ma fastigia nisu, siqvidem feliciter non recensue-  
ro; provocari tamen poterit ad Præceptorum no-  
titiam, ad commilitonum judicium, ad MStorum  
Scrinis B. defuncti repositorum frequentiam. Ita  
nempe is adhæsit nostratium doctorum Scholis,  
ita è docentium ore pependit ac Spiritu, qvasi olim  
corundem gravitatem viva voce expressurus,  
ængiβeiav repræsentaturus, omnemqve doctrinam  
exemplo redditurus. Salutavit autem hanc arti-  
um illustrem officinam proximo abhinc biennio;  
eundemq; habuit civitatis Academicæ præcipuum  
Auspicem, qvem deinceps Præceptorem nauctus  
fuit Magnif. ac Summe Reverend. Dominum  
**GRUENENBERGIUM:** Theolog. D. Celeberr:  
ac

ac Serenissimo Patrono Principi nostro à Confiliis Ecclesiast. Et quamquam in oculis omnium pernix ipsius industria versata fuerit, eoque nomine nulla porro mentione opus habeam studiorum, queis maxime incubuerit: Memoria tamen illius ac aliorum conspectu id facilissime tribuam; ut hoc loco nonnulla dinumerem diligentiae ejus documenta. Audivit nempe, & praesenti quoque animo audivit ac manifesta utilitate percepit Illustris apud nos, omnemque Ecclesiam Theologum, JOHANNIS FECHTII (cum cuius solo nomine omnem honoris titulum complector, merita ejus non assequor) Scholas contra Indifferentismi pestem publicas, & per examinis rationem utilissime dispositas privatas. Audivit quoque Magnificum Academiæ hujus Doct. Theol. DNum HABICH-HORSTIUM, venerabilem FCtis Th. & Academiæ Seniorem; partim Hebrææ linguae rudimenta docentem, partim laudabili opera studiosam juventutem disputando exercentem; ubi ipse noster partes suscepit, susceptasque cum laude vindicavit Quo vero nihil omnino in se desiderari pateretur, sacræ oratoria artificium ab Excell. DNO. D. GRATIO; universæ Philosophiæ ambitum, quem alias Pansophiam appellant, à Maxime Reverendo DNO. M. WEIDNERO didicit. Forte autem ipsius B. defuncti judicio præcipua reddenda foret Generoso & Summe Reverendo DN. D. de KRAKEVIZ, doctrinæ ac institutionis gratia. Is namque

namqesive domesticum , sive publicum studium  
an hunc quocz, inter reliquos suae fidei ac dexterit  
tit commislos contulit , ac tantum non consum  
fit. Huic adfuit , cum fundamenta Theologiæ,  
universaqz Hebraici Textus & lectionis Volumina  
privato studio, Christianamqe Catechesin publice  
prælegeret. Qvin & quantum sub illius auspiciis  
promoverit , publico edidit specimine haud ita pri  
dem applaudente universa doctorum concione  
theses ejus ex universa Theologia controversia  
rum selectas egregie defendens. Et hæc præci  
pua eorum enumeratio est , quibus noster aliis indu  
striam suam ac diſcendi ardorem commonstravit.  
Quod si enim sigillatim ipsius industria , quam pri  
vato studio excoluit , enumeranda esset ; forte to  
tidem , quot nobis interfuit dies , totidemqe no  
bis es reputari deberent. Afforet exceptione major  
testis , utut Domesticus , Generosus ac Reveren  
dus DN. C. A. de BUHLAU , Sacrorum An  
tistites ad S. Petri ædem optime meritus , si divina  
voluntas eundem piorum votis ac familiae reddi  
disset ; ac quanta sedulitate hic noster , quam que  
ingenuo fuerit proficiendi ardore , post plurima  
rerum experimenta edoceret. Ejus namqz huma  
no ac lib eralihospitio primum fuit exceptus , & so  
lida doctrinæ nutrimenta in ipsius familiaritate fe  
liciter digessit. Imò si vivus adesse testis deberet ,  
luniversa Generosi DNI. de Plessen/familia , cui ho  
spes interfuit , pertinacissimi laboris , multiplicis  
pro doctrina vigiliæ , variæqz , virtutis indicio , fi  
denc

dem scriptioni prælenti faceret. Credo, me bo-  
num fore interpretem, si hic B.DNI.de CRAMM,  
nomine immortales isti familiae dixero grates, pro  
humanitate, qva eundem vivum; profidelitate, qva  
moribundum; pro amore, qvo mortuum pro-  
seqvi dignantur & dignati fuere. Redundabit in  
eosdem suprema votorum ratio, qvan. nunc in  
ipso divini vultus conspectu beata anima præsen-  
tissime expedit. Non vulgare enim id fuisse offi-  
cium, qvo ipsum morti vicinum excepere, ipsa  
morbi contagiosa ratio latis arguere videtur. Ini-  
itia ejus mali jam inde à 19. die proximi abhinc  
mensis, ad extremam mortalitatis vicem subin-  
de creverunt. Qvam morbi pervicaciam accu-  
sat, eademqve opera præmaturum Optimi Juve-  
nis obitum plorat, *Frater Charissimus DN. Doct.*  
**BERNHARD**, BARNSTORFF, Med. P. P.  
„ his verbis: Febris continua, qva Generofus  
„ DN. CRAMM, per 14. & qvod excurrit, dies  
„ satis misere laboravit, ab initio statim haud ob-  
„ scura malignitatis suæ monstravit indicia, præ-  
„ ter subitaneum enim & citra manifestam cau-  
„ sam exortum virium prolapsum tantas in præ-  
„ cordiis percepit anxietates & in toto corpore  
„ inquietudines, ut ne per momentum quidem  
„ temporis qviete sub lecto sese continere, multo  
„ minus ad ludorem expe&tandum disponere va-  
„ luerit: Adfuere præterea cum pulsu arteriarum  
„ frequentiore simulqve debiliori æstus insignis,  
„ nausea, vomitus, ciborum inappetentia, fauci-  
„ um & lingvæ ariditas, vigiliae ferme continuæ

B

&

„ & insomnia nonnunquam turbulenta , deliria ,  
„ convulsiones epilepticæ &c. Cumq; recensi-  
„ tus hicce suis cum Symptomatibus affectus , a  
„ nulla alia causa qvam miasmate qvodam mali-  
„ gno & peregrino Spiritus animales totamqve  
„ massam sangvineam insigniter turbante & agi-  
„ tante fuerit productus ; idcirco omnis cura qvi-  
„ dem eo fuit directa , ut hocce peregrinum mias-  
„ ma corrigeretur & a centro ad peripheriam  
„ corporis propelleretur , siccq; motus humorum  
„ inordiñatus compesceretur & Symptoma mi-  
„ tigarentur ; in quem finem oppido qvoqve Salu-  
„ taria fuere præscripta & adhibita remedia varia ,  
„ ast frustraneo omnia cum effectu ; vis enim  
„ morbi omnem superavit Medici industria ,  
„ placidissimam a corpore separationem , quem-  
„ admodum crebris & reiteratis germibus à  
„ DEO fuit exoptata , procuravit . Est hæc mor-  
„ bi exitialis historia , qvæ si demortui ætatem , si  
„ post eratis spem , si generosæ cognationis deside-  
„ ria respicias ; tragico hoc eventu omnino care-  
„ re debebat . Vita ipsi brevis fuit , si spatium ; sa-  
„ tis tamen longa , si bene vivendi decus æstima-  
„ mus . Revera enim compendium vitæ egit , qvia  
„ in illa optima qvæqve , & qvotqvot ad honestæ  
„ vitæ integrum volumen spectant nomina , elegan-  
„ ter complexus fuit . Fuit namqve integerrima  
„ erga DEUM pietate , tenaci fidei ac professionis  
„ nostræ teneridæ ac vindicandæ proposito , intemer-  
„ rato in literas elegantiores amore , moribus ad-  
„ modum honestis , miti placabiliqve ingenio , &  
„ continuo

continuo dotium incremento conspicuus. Qvod  
si divino arbitrio vitam seriorem nactus fuisset, si.  
ne dubio novum cum ipso decus Megapoleos, ac  
ordinis inibi equestris prodiisset. Is certe præter  
alia omnia gloriæ ac splendoris vestigia, qvibus  
æque ac reliqui refulget; illud quasi præcipuum  
habet, qvod ex eorum sangvine Ecclesiæ quoque  
Doctores, ac sacrarum literarum cultores nascan.  
tur. Sed sic fuit fatum B. DNI. de CRAMM, nec  
potest immutari: imo si vel maxime posset, etiam  
non deberet. Qvis enim præposterañ hanc vicis.  
studinem adprecari, qvis b. defuncti causa serio ex  
optare vellet? Summam academiæ lucem nunc  
aspergit, qvæ certe videntium oculos tanta vi oc.  
cupat; ut tum demum agnoscant, nos inter me.  
ras umbras vivere. Magno ac laudatissimo appa.  
ratu, se sancta nunc mens tunc abitura ad futura  
composuit gaudia; & strenue Ægro corpori,  
membrisq; misere adflictis compatiens, extre.  
mum subiit discrimen, ac colophonem mortali.  
tati adjecit, lætitiam cœlestem nunquam termina.  
bilem liberrime inchoatura. Promovit conatus  
optimos cura ac pietas Max. Reverendi DN. M.  
WEIDNERI, qui uti incolumi a sacris confessio.  
nibus fuit, ita ægrum potenter divini Solaminis  
virtute erexit, atque jam moriturum DEO, quasi  
de manu in manum tradens, commendavit. E.  
mortualis ipsi dies fuit 4tus Februarii jam dece.  
dens. Fuit is pridie illius feriæ, qvâ pro sacra  
concone de frugi semine deque infelici lolio para.  
bola explicatur. Qva qvidem in re nimium  
nobis

nobis est factus felicior ; qvem manifestissima experientia , in ejus omnisqve divini oraculi sensu judicando , omnibus effecit perspicaciorem . Habet vitæ Provincia decedens , Annos XXIII. cum VII. mensium uniusqve diei excessu . In promtum nunc est ex præsenti optimi Juvenis fato exemplum capere qvod singulis ex usu esse queat . Hic nempe cum juventutem mors occupet , tenes moriendi necessitatem ; Cum nobilis gente ac pietate insignis decessit , universa concio studiosorum fati inclem tam , ferio pietatis studio declinandum ; cum præmatura ac inopina morte extinguitus sit , omnes facilitatem moriendi addilcant . Qvo vero penitus hujus rei memoriam intra mentem recipiamus : non postremum meo judicio adjumentum fuerit , si in ipsis exequiis , à meridie paratis , freqventes compareamus . Omnes proinde Proceres civesqve ac fautores bonarum artium ac literarum hoc nomine compello , ut honorem hunc pie defuncto & bene merenti habere , ac meis qvoqve precibus aliquid concedere dignati , funus magno numero comitentur & illo humanitatis officio posteritatem cuiusvis funeri superstitem futuram demereantur .

*Conventus est ad l. Pomerid. in Aede Virgin.*

*P. P. Sub Rectoratus Sigillo d. 13. Febr.  
Anno 1702.*









continuo dotium incremen-  
fi divino arbitrio vitam serio-  
ne dubio novum cum ipso o-  
ordinis inibi eqvestris prodi-  
alia omnia gloriæ ac splen-  
æque ac reliqui refulget ;  
habet, qvod ex eorum sang-  
Doctores , ac sacrarum liter-  
tur. Sed sic fuit fatum B. I.  
potest immutari: imo si ve-  
non deberet. Qvis enim pr-  
fitudinem adprecari, qvis b.  
optare vellet ? Summam  
aspexit, qvæ certe videntiu-  
cupat; ut tum demum agn-  
ras umbras vivere. Magna-  
ratu, se sancta nunc mens  
composuit gaudia; & str-  
membrisq; misere adflictis  
mura subiit discrimin , ac  
tati adjecit, lætitiam cœlestef-  
bilem liberrime inchoatura  
optimos cura ac pietas Max-  
WEIDNERI, qvi uti incolu-  
nibus fuit , ita ægrum poter-  
virtute erexit, atq;ve jam m-  
de manu in manum tradens  
mortualis ipsi dies fuit 4tus  
dens. Fuit is pridie illius  
concione de frugi semine de-  
bola explicatur. Qva q-

is. Qvod  
fuiisset, si-  
boleos , ac  
rte præter  
ia, qvibus  
ræcipuum  
iæ quoq;ve  
es nascan.  
AMM, nec  
osset, etiam  
hanc vicis-  
sa serio ex  
cem nunc  
nta vi oc-  
inter me-  
imo appa-  
ad futura  
corpori,  
as , extre-  
n mortali-  
n termina-  
t conatus  
i DN. M.  
confessio.  
Solaminis  
EO , qvasi  
avit. E-  
am dece-  
pro sacra  
olio para-  
nimium  
nobis

976




Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. 10776